



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Hierakosophion**

**Demetrius <Pe pagomenus>**

**Lvtetiae, 1612**

lix. Vnguentum hybernum ad omnem destillationem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12846**

beat, eamque pinna imbuta in illius nares  
demitito semel die, similiterque altero  
die curato, si vides profuisse: quinetiam  
tertio die simili curatione vtitor, si vides  
accipitrem melius habere. Quoties cura-  
bis, toties post vunctionis digestionē melle  
eius fauces perunges, vt ab aceto flagran-  
tem recrees. Sed commodius esset medi-  
cinam cum exiguis frustulis carnis com-  
mיסטam dare, vt acerbitas medicinæ his de-  
glutiretur melius, quam spiritu accipitris.  
Si hoc remedium profuerit, garum primæ  
notæ similiter naribus iinmitte semel die.  
Quod si similiter permanet, neq. vlo præ-  
dicto remedio discussa sit, columba detur  
edenda. Si non habes columbam, suilla  
caro calida cum oleo; & ad sanitatem per-  
duces. Evidem ipse ex longo vlu inueni,  
recrementa ferri minutatim trita & cri-  
brata, cum carne data, per triduum hunc  
affectum sanare. Sed ad omnem morbum  
optime facit noctua in cibum data.

*Vnguentum hybernum ad omnem  
destillationem.*

Piperis, castorij, singulorum scrupula  
bina. Zinziberis, costi, nardi spicaræ,  
euphorbij,

euphorbij, agarici, scrupulos singulos: pyrethri, pediculariæ, singulas siliquas. hæc omnia cótusa, & tenuissime cibrata excipiantur melle optimo & veteri vino, hisq. inungatur palatum accipitris: deinde in sole post horam detur columba. tum asari, piperis, & mellis, & vini, singulorū quantum satis est, naribus infundatur: post infusionem per duas horas in sole statuatur.

*Aliud remedium ad siccām pituitām.*

**E**X destillationibus laboranti accipitri intumescunt oculi, sternutamenta cerebra fiunt. celeri eget auxilio: sed imprimis supradicto vnguento, quoad perfectè curatus sit. aut hoc vtere vnguento. Allij succum misceto cum vino austero, coque palatūm ipsius perline. victui calida præbe, ne aquam gustare ipsum permitte, si succum allij biberit.

*Aliud remedium, quod continet*

**O**PPI, costi, folij, euphorbij singulos scrupulos, piperis grana quadraginta, castorij binos scrupulos, hæc omnia tunde, atque vtere. Aut gari, vini, olei rosacei æquas portiones subactas naribus infunde

G